

modi suffocata sintilla¹, discedat ab infando mens vestra proposito, nec iungatur ei filius, cum quo matris non potest esse communio, nec se illi sinat esse coniunctum, quem detestari debet, a Deo reiectum, ab ecclesie gremio prorsus excussum et a fidelium consorcio spirituali gladio separatum.

V. (Ottobonus, Cardinaldiakon von S. Adrian), schildert einem in Tuscien weilenden Collegen im Gegensatze zur toscischen Gebirgslandschaft die Freuden und Leiden des Sommeraufenthaltes der Curie in Montefiascone. Er fordert ihn auf, sich für die in Aussicht stehende Ankunft Manfreds am päpstlichen Hofe vorzubereiten. (1. Aug. — 10. Oct. 1262).

Amicum desiderium vestrum amica sinceritate describitis, sospitati vestre status nostri noticiam, ut unitati cordium unicum quasi protenso hinc² inde funiculo respondeat gaudium, addere cupientes. Et quidem audita incolumitate³ vestra tanquam de altera nostrorum delectabilium per te gaudemus et expetitam de nostri status continencia nocionem libenter vestrorum solaciorum⁴ deliciis applicamus.

Sed unde novus deliciarum harum surrexit ortus, tam nunc audire, quam sic diu non audivisse miramur. Solemus inter loca lacte et melle manancia certa quedam et famosa, prout veri similitudo patitur, numerare, quibus nusquam numerata meminimus condensa saltuum et inviamoncium Etruscorum⁵. Sed si verbis vestris contradicimus, cordis habundanciam, ne vos reputetis offensos, et loquendi appetitum continuato sermone amicabiliter excusemus. Scimus enim vos illius erroris communis allegacione tuendos, quo natalis soli cogente dulcedine, quidquid ab ipso procedit vel in ipso consistit, commendatur et placet, quam-

1) So Hs. 2) 'huc' Hs. 3) 'incolumitate' Hs. 4) 'solacionum' Hs. 5) Ottobonus zeigt sich hier, wie in Brief 29, der vielleicht an dieselbe Person gerichtet ist, als einen humorvollen Vertheidiger mittelalterlicher Naturanschauung gegenüber der Gebirgsschwärmerei eines moderner fühlenden Collegen, die er sich nur aus dessen Liebe zur Heimath und Freude an der Ruhe erklären kann. Er selbst empfindet im Gebirge nur Beschwerlichkeit, und die starrenden Felsmassen wüthen gleichsam in seine Augen (Brief 29). Die Anschauungen seines Collegen aber beweisen, dass das Italien des 13. Jh., wie in so vielen andern Dingen, auch in diesem Punkte anfang, neuzeitlich zu empfinden, wie das für den ein Menschenalter jüngeren Dante bereits Burckhardt (Cultur der Renaiss. II, 17) betont hat.